



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVP. IN CANT. CAN. CA. VI.

tis (inquam) optima, cuius est in suauitate uide-
re iam uel contemplari supernam pacem secun-
dum nomen Hierusalem, & cōtra malignos spi-
ritus in procinctu esse secundum castrorum si-
militudinem. Veruntamen o dilecta, o uera Hierusalem fac quod dico.

¶ Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.

¶ Et tunc quando me præsente habuisti præsentiā corporali, oculos tuos, oculos tam mentis quā corporis semper in me fixos habuisti: & nunc, quando secū dum corpus absens tibi sum, me spiritualibus oculis iugiter contemplaris. Auerte oculos tuos, auerte (inquā) uidelicet ita, ut prudens & discreta sit contemplatio, sciendo quod sim incomprehensibilis ego dilectus tuus, ex eo quod sum deus, cuius substantiam uel naturam quanto quis contemplatur subtilius, tanto ad comprehendendum insufficiens inuenitur ut de isto quoque recte dicas: Acedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Ergo ne bonum est hoc placitumque dilecto, propter causam hanc auerte oculos? Est plane bonum aliquo modo, scilicet dū sic a me auertis, ut in temetipsam cōuertas oculos tuos, id est, dum sic altissimam diuinitatem contueris, ut reuoces ad memoriam infirmitatem tuam infirmæ cōditionis, & optime scias, quia hoc ipsum quod deum uides, nō tuæ potentiæ sed diuinæ gratiæ est.

Psal. 63

¶ Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut